ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia
poenis simplicibus vel triplicatis Evasionibus suspens
fatalibus Iuris praescriptione Terri, bello, conventione
ac alys omnibus Iuris remedys et defensis non
subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo
Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemis
sa omnia mediante. Saluis provisionibus in Annos
subsequentes, ab eadem Summa Duorum Millium
florenorum polonicorum ab Anno Millesimo Sexcentesimo
Septuagesimo Tertio incipiendo, Solutionem, prove-
nientibus

Trembinski Consorti suæ Ad-uitalitatem inscribit.

0103

Comparens personaliter coram officio, et Actis praesentibus
Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus Generosus Gabriel Trembin-
ski, olim Generosi Christophori Trembinski, cum Generosa
Eva Swidnicka Consorte eius legitima procrea
tus filius, Sanus mente et corpore existens, a Terris
districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusque suis quibus pro-
prys et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi
Capitaneali Premysliensi Iurisdictioni, quo ad Actum
hunc attinet, se cum Successoribus, bonisque suis quibus
omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subij-
ciendo, palam, libere, publice, ac per expressum re
cognouit. Quia ipse Generosae Cristinae Horopacka
suae recognoscentis Consorti legitimae, super omnibus
generaliter bonis suis haeredytis, obligatorys, mobilibus, et im-
mobilibus, summisque quibusuis pecuniarys habitis et habendis,
nec non auro, argento, stanno, cupro, aere, orichalco, monili
bus, Vnionibus, margaritis, Vestibus, Vestimentis, pecoribus
pecudibus, equis Equirea, totaque Suppellectili domestica
in quacunque forma et materia existens nunc habitis
et in post habens, aduitalitatem et Vsumfructum ad ex-
trema duntaxat Vitae ipsius tempora inscripsit et con

cessit

cessit, prout inscribit, et concedit psentibus, tali videlicet modo quod si prius pfatum Gnosum Gabrielem Trzebinski Recognoscentem Maritum, quam pdictam Gnosam Cristinam Konopacka sui Recognoscentis consortem, de hac luce decedere contigerit, extunc eadem Gnosa Cristina Konopacka, consors sua, bona generaliter omnia haereditaria obligatoria mobilia et immobilia resq supra scriptas omnes morte eiusdem mariti sui derelictas cum omni eorundem Iure dominio et proprietate omnibusq et singulis bonorum eorundem, suprascriptarumq rerum (utilitatibus fructibus proventibus reditibus commodis, obventionibus, attinentiisq et pertinentiis generaliter universis, tenebit, habebit et possidebit, illisq pacifice et quiete utifruetur ad extrema duntaxat vitae suae tempora, post mortem vero eiusdem Gnosae Cristinae Konopacka consortis suae extunc bona eadem suprascriptaq omnia ad successores pfati Gnosi Gabrielis Trzembinski Mariti sui sine ulla (contra) contradictione et impedimento successorum pfatae Gnosae Cristinae Konopacka Coniugis suae cum pleno Iure eorundem bonorum praemissorumq omnium devolventur.

Feria Quarta post Festum Sancti Laurentij Levitae et Martyris proxima, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo

12/VIII

Ilnicki Inscrionem Cum Premisl Quietatoriam in rem Komarnickiego factam Approbat